

MEDICINÆ INSTAVRAT. NOMENCLATOR.

multò plus priscæ scribendi uertendiq; seueritati, quàm nostri temporis indulgisse licentiæ lasci-  
uienti animaduertatur. Ex his Basileæ primùm ( quod sciam ) anno Domini 1529. apud Cratan-  
drum excusi sunt hi: De temperamentis libri 3. De inæquali intemperie. De naturalibus facultati-  
bus libri 3. De pulsuum usu. De sanitate tuēda libri 6. Methodi medendi libri 14. Methodus qui-  
dem postea seorsim impressa est, ex Martini Gregorij recognitione, Parisijs apud Cheuallonium  
anno 1538. in 8. cum indice copiosissimo: & Lugduni apud Rouillium anno 1546. in 16. cum an-  
notationibus compluribus in margine, & diuisione capitum cum argumentis: & Venetijs cum  
cæteris Galeni operibus ab Aug. Gadaldino ad Græcos codices collata: qui etiã quatuor poste-  
riores libros de differentijs & causis morborum symptomatumq; à Linacro translatos similiter  
contulit. Quòd si quid in eius translationibus emendari potest aut potuit, exemplariũ fortè quib.  
usus est culpa fuerit: nam diligentiam, iudicium, & Græcæ linguæ peritiam, uix usquam in eis de-  
siderari arbitror.

Valerius Centannius Vincentinus tr. librum de parua pilæ exercitio.

Vgo ( melius Hugo ) Senensis, floruit circa annum Domini 1430. sub Eugenio pontifice, non  
medicorum modò, sed etiam philosophorum eius temporis, Græcorum Latinorumq;, princeps  
habitus, scripsit cõmentaria in Artem parua Galeni & Aphorismos Hippocratis: quæ impres-  
sa sunt Venetijs apud Lucam Ant. Iuntam anno 1523. in folio.

Victor Trincauelius, philosophus & medicus eximius, Patauĩ hoc tempore medicinæ profes-  
sor illustris, animo maturus & æuo, utriusq; linguæ doctissimus, & de omnibus bonis literis opti-  
mè meritus, tum imprimendo Venetijs olim optimos Græcè & Latine libros, ( inter quos Gale-  
ni etiam opera Latina, partim recognita, partim plurimis translationibus nouis illustrata, anno  
Domini 1541. ex eius officina prodierunt: ) tum aliqua etiam è Græcis transferendo, Galeni præ-  
cipuè libris. Ex quib. quæ hæcenus uidi in editione Iuntarum ( nam ex ipsius officina editio nunc  
in urbe nostra non reperitur ) & Epitome Lacung, hæc sunt: De partibus artis medicæ liber unus,  
Galeno attributus, nec dũ excusus Græcè. De cõstitutione artis medicæ. De elementis libri 2. De  
naturalium facultatum substantia. An sanguis in arterijs natura contineatur. De instrumento ol-  
factus. De plenitudine. De marasmo. Contra eos qui de typis scripserunt.

Vidus Vidius Florētinus, medicus percelebris, & fidus Hippocratis interpres, summus & re-  
gius chirurgiæ nostro tempore professor Lutetiæ, ueterum quorundam chirurgicos libros Lati-  
nos è Græcis fecit, &c. ex quibus tres cum Galeni operibus Venetijs, Lugduni & Basileæ, excusi  
sunt: nempe Galeni liber de fascijs, Oribasi de laqueis ex Heracle, Eiusdem ex Heliodoro de  
machinamentis liber. Idem Vidius ( ut audio ) in omnes Galeni & Hippocratis libros, glos-  
semata promisit.

Hæcenus enumeravi scriptores, qui quoquo pacto Galeni scripta illustrare cõnati sunt, quot-  
quot hoc tempore in mentem mihi festinanti uenire potuerunt. quòd si aliquos cõmemoratione  
dignos præterij, dabunt ueniam æquilectores, sciens quidem nullum præterij, ne ex indoctiorib.  
quidem, nedum præstantioribus. fieri tamen nõ potuit, ut ad præscriptum hoc tempus, quo Pro-  
legomena nostra typographis erant danda, omnia aut cognoscerem, aut illorum etiam quæ co-  
gnoueram meminissem omnium. Maxima quidem pars illorum, qui nostro seculo aliquid in re  
medica cõmentati sunt, ut Galeni uestigia sequi se profitentur, ita uel doctrinã eius & dogma-  
ta, in uniuersum, uel etiã particulares aliquos locos alicubi declarant, aut quouis modo illustrant:  
quos omnes hic recensere nimis prolixum fuisset. Cæterum pleriq; omnes à nobis memorati Ga-  
leni interpretes, scholiastæ, cæteri recentes ac nostræ memoriæ sunt: eorumq; alij nuper, alij ante  
paucos annos, decem, uiginti, triginta, et ad summum ferè quadraginta, Itali, Galli, Germani, An-  
gli, Poloni, Hispani, suos & condiderunt & ediderunt libros, cum antea nihil eorum extaret: & in  
magna barbarie tum medicina, tum cæteræ scientiæ, artesq; uersarētur: quo nomine seculo nostro  
tam erudito, felici & foecundo, singulari gratia Dei, plurimùm gratulari nos decet, ac Deo opt.  
max. gratias agere immortales, propter tam felicem tam breui tempore omnium bonarum artium  
restitutionem & *παλιγγενεσίαν*. intra hoc enim ferè quod dictum est tempus, qui eruditè scriben-  
do omne scientiarum genus illustrarent, plures, quod nobis quidem constet,

quàm omnibus retro seculis à condito mundo  
extiterunt.

DE ORDINE IN EDENDIS LEGENDISQVE  
IOANNES BAPTISTA MONTA-  
NVS PHYSICVS VERONENSIS.

LVCAE ANTONIO IVNTAE S.



**P**LACET mirum in modum splendidissime Luca Antoni consiliū tuum, quod oc-  
cepisti, omnia Galeni opera rursus excudendi, uerumq; illis ordinem statuendi, nō  
anteā ab aliquo multorum seculorum homine traditum, qui integræ arti docendæ,  
uel ediscendæ facillimus, seruandæq; memoriæ commodissimus iudicetur. Præter-  
quā enim quod id ab eruditissimo quoq; summè desiderari, flagitariq; uideo, ob-  
struetur interim os deprauatæ medicorum turbæ, qui calumniandi Galenum non aliunde magis  
occasionem captant, quā quod in differendo uastus, immensus, confususq; uideatur, nullamq;  
artem ab eo rectè doceri posse, in quo nullus ordo doctrinæ appareat. Instituto enim ordine, quē  
deliberas, cōstabit ilicō ne aliud quidem Auicennā ipsum, reliquosq; Arabas omnes concepiſſe:  
poteruntq; contumaces, contentiosiq; illi homines tandem respiscere, recognoscereq; omnium  
theorematum ordinem, quocunq; in medica facultate cōsiderātur, à Galeno, tanquam à fonte, e-  
manare. Quod tu tamē à me postea requiris, eum tibi ordinem institui, id ego haud ita facile præ-  
stare possum: multa enim sunt, quæ me ab huiusmodi prouincia deterrent: nam tantus librorū nu-  
merus, tamq; uaria materia est, ut singuli recenserī, atq; in certas classes uix redigi queāt: præsertim  
cum eorum nonnulli sint penē ( ut ita loquar ) ἀσυστατοι, qui, cum ad medicinam parum, aut nihil  
attineant, sed ad dialēcticā potius, aut philosophiā, uel similem quampiā scientiā, certam in hac fa-  
cultate sedem nullibi admittent. sunt & alij, in quib. ex tota arte quidpiā in unum ueluti cōpendiū  
colligitur, ut nulli parti rectè accommodari possint, qui totius imaginē referūt. Quod si me statim il-  
li ordini addixerim, quem ipse Galenus uel in fine artis paruæ, uel in libello ad id priuatim dicato  
conscripsit, adhuc longē magis implicabor, cuius implicationis ratio à me inferius declarabitur.  
Neq; ad tot difficultates parū momenti afferunt peruersi horum temporū mores. ubi enim maio-  
res nostri aliquid quotidie excogitabant, in mediūq; afferebant, quod artem auget, ornaret,  
explicaret, nunc scriptores isti, qui passim & ubiq; scaturiunt, nihil aliud edunt, quā meras cum  
uiuentiū, tum mortuorū calumnias, tanto detrahendī ardore, ut facile deprehendantur, ob id tan-  
tum scribendī studio detineri, quō gloriā sibi ex alieno cōparent opprobrio. Audis Luca Anto-  
ni, quæ me rationes hæc tenus suspenderit, ancipitemq; reddiderint. Videris tu tamen totā in me  
spem huius noui ordinis collocasse, quærisq; magnam hanc prouinciā tuam mea solum cuncta-  
tione remorari, te à plurimis eruditīs uiris iam dudū frustratū esse, qui se id munus præstituros pol-  
liciti, ad hunc usq; diem distulerunt. cogis ergo me in hoc certamen descendere, & obrectatorū  
iudicio subijci. Parū profecto grati animi erga uirū de me optime meritū fuerim, nimisq; in re ma-  
gna audenda meticulosus, si aliqua causa detineri possum, quin amico tam anxie petenti satisfa-  
ciam, & publicæ utilitati, ppter ea desim, quia difficile sit adesse. conabor igitur reddere, si nō quæ  
uel tu exposcis, uel ego desiderauerim, saltē quæcunq; potero, ut simul & ingrati, & timidi nomen  
effugiā. Quod si cōtigerit ut à dictis meis sumpta occasione eruditus aliquis uel cōtradicendī stu-  
dio, uel ueritatis amore accensus, aliū ipse meliorē ordinē tradat, erit is mihi saltē laboris mei fru-  
ctus nō iniucundus, ubi cognouero me autore studia inquirendi excitata, uerumq; tandem ordi-  
nem disputādo cōpertum esse. Quoniā igitur in re nō omnib. exposita, & quæ in se multas habet  
difficultates, iudiciorū diuersitatē nō defuturā intelligo, ac propterea plurimos cōtra me exortu-  
ros, qui seriē aliter disponendā opinentur, placuit prius, q̄ librorū ordinē in censum certasq; clas-  
ses redigerē, ex ipsiusmet Galeni medullis placitisq; priuatis uia rationemq; explicare, qua is ordo  
à me ita institutus niteretur. Hinc igitur sumpto initio dicimus, Artem uel nouā constitui, uel cō-  
stitutam doceri: cōstituitur resolutione, quæ fit à notione finis: cōstituta docetur uel cōponendo,  
quæ per resolutionē inuēta sunt, uel proposita diffinitione per multiplicem eius sectionem pro-  
grediendo. Docet quidem & qui cōstituit: cur enim non doceat, qui, quomodo ars inueniatur, o-  
stendit: altior tamen est ille doctrinæ modus, quiq; à felici aliquo ingenio & ab ineuntī ætate in  
disciplinis exercitato legitime intelligat. propterea omnes antiqui philosophi ac medici, Aristote-  
lesq; præcipuē, qui præ cæteris in docendo, ordinē maximè affectasse uidentur, ab eo docēdi gene-  
re abstinuere. Galenus aut, cum ad suā usq; ætatē medicinæ artem incertam, maleq; sibi cōstantem  
cōspicaretur, facturū se operæpretiū iudicauit, si à notione finis singula quæq; usq; ad elemēta re-  
soluendo, artis inuentionem certissime demonstraret. atq; ita totā quidem artem in libro de cōsti-  
tutiōe medicinæ breuissime inuentā tradidit: eius uero partes, tum quæ ad seruandā sanitatē, tum  
quæ ad morbos tollendos attinent, in libris πρὸς ὑγιεινὴν, & in Therapeutica methodo explicuit.  
Neq; tamen à me intelligi uelim Platonē, Aristotelem, & reliquos antiquos in aliquo problema-  
te declarando resolutoriū ordinem minimè recepisse: tantū affirmo neminē eorū totā quampiam  
disciplinam docendā proposuisse, ut à notione finis per resolutionem procederent, immò contrā  
à principijs exordiēdo, ad ultima, quæ primò cōceperant, doctrinæ terminum statuunt. qui qui-  
dem

## GALENI OPERIBVS SERVANDO.

dem ordo quantum dignitate à resolutorio derelinquitur, tanto docendi copia & facilitate reliquis præstat: quemadmodum diffinitiuus ijs, quæ discuntur, tenaci memoria firmandis omnium commodissimus est. Cum uerò Galenus totam artem alibi diffinitiuo ordine, alibi resolutorio tradiderit, sitq; in utroq; loco speculatio potius Isagogica, quàm exactæ disciplinæ, uidebatur tanto medico dignum, ut alicubi hanc ipsam artem integram, membratimq; distinctam, ac demonstratam nobis relinqueret. quod cum nullibi seorsum fecerit (omnes enim libros suos, sicut ipse testatur, uel amicorum uel sui ipsius memoriæ exercitationisq; gratia cōscripsit, nihil ultra in singulis quærens, nisi ut causæ satisfaceret, qua ad scribendū compellebatur) decreuit, quod priuatim in aliquo non tradiderat, id ex omnibus simul conficere. ac propterea de ordine librorum suorum cōpendiolum edidit, & in fine paruæ artis ostendit, qua serie eosdem libros legi oporteret. ubi manifestissimè apparet compositiuum ordinem cogitasse, tanquam ad exquisitam disciplinam tradendam omnium commodissimum. Atq; hac ego occasione Auicennam commotum crediderim, uirum inter Arabas omnes acerrimi ingenij, ut omnia Galeni in medica arte monumenta sparsim in uarijs libris disseminata, in unum ueluti corpus redigeret, eodemq; compositiuo ordine opus illud suum canonum appellatum, quinq; magnis libris distinctum compilaret: cui si ultimam manum imposuisset (neq; enim imposuit morte præuentus) felicioriq; lingua pro rei dignitate elocutus esset, haberemus fortasse, quem non Galeni tantum interpretem, sed exornatorem quoque uocitaremus. Verum, dum ille multa hinc inde dispersa in certas propriasq; sedes colligit, & seriatim disponit, ordini tantum intentus, diligentiori rerum consideratione tantisper omissa, donec iam disposita recenseret, non potuit quædam etiam simul parū idonea non congerere, & ordinem in nonnullis confundere. cui propterea nō debemus, sicuti passim fieri uideo, tanta iracundia succensere: quin potius, ubi peccauerit, benignè emendandus est, in reliquis summa laude celebrandus: nam ei proculdubio in hac facultate plus uita debet, quàm alij nemini, qui post Galenum profecerit. Vtrum uero & ipse Auicenna compositiuum ordinem, illum inquam, qui à resolutorio proficiscitur, exquisite seruauerit, an inceperit quidem, in nō paucis uerò declinauerit, nō est hic discutiendi locus. Illius potius ratio reddenda est, quod à multis animaduertendum auguror, cur ego eundem omnino ordinem non seruauerim, quem Galenus ipse tradiderit: absurdum enim uidetur aliter alicuius libros disponere, quàm ipse disponēdos statuerit. nouerint igitur, quibus id curæ est, me istud quoq; quam maxime quæsiuisse, totisq; uiribus enixū esse, ut minimè à Galeni ordine discederem, illudq; fidelissimè effectū, ubicunq; aptè fieri potuit, uerū multis in locis ambiguitas nō leuis suboriebatur, cum Galenus sibi ipsi dissidere uideretur, aliter alibi nonnullos libros disponenti, ut facile patet ijs, qui libellū de ordine librorum suorum perlegerint, & quod in calce paruæ artis adijcitur. præterea talis nonnunquam occurrit ordo, qui uideatur Galenico ordini & consilio contradicere: ut quandoq; suspicari coactus fuerim uel illos codices perquam mendosos haberi, uel Galeno tanquā catalogū describenti magis cordi fuisse librorū suorum numerum recensere, & ueluti in actus referre, quàm uia rationeq; tam sibi recte intellecta seriem cōtexere, qua libros suos legi oporteret. est etiam uitio negligentiaq; temporum liber ille adeo mutilatus, ut nec, si maxime uelis, Galeni ordinē assequi possis. His ego rationibus persuasus cæteris consilijs illud præstare iudicauī, si me ad Galeni ipsius methodū tanquā certiore[m] stabilioremq; uerterem, quam præcipuè in libro de constitutione artis ostendit, in cuius fundamentis nixus tutissimè ædificarē: & ad eam regulā singula quæq; metirer, ita rem à principio auspiciatus. Qui medicinæ artem uia & ratione sint inuenturi, id primò profecto intelligent, ut cōsilio suo corpus humanum quā maxime sanum cōseruent. ubi uerò sanitas euentu aliquo uel adhuc in recessu sit, uel iam exacte recesserit, eodem cōsilio prouideat, ut, et quod futurū incommodi est, omni id conatu arceat: factum uerò, amoliat & corrigat. constat autē nihil horū consulto fieri posse, nisi noscamus, & quibus rebus sanitas, dum integra est, cōseruari debeat: & dum abit, abiuerit uel reuocetur, aut reparetur. at fieri omnino nequit, ut res, quæ id facere possint, uel inueniamus, uel inuētas cōgruè metiamur, nisi corporis humani naturā exactissimè cognouerimus: tunc autē exactissimè cognoscemus, cum, ex quibus, & quo nam pacto cōsletur, quot, quales uel habeat partes, facultates, functionesq; distinctè, didicerimus. Porro, cum sciamus corpus humanū à qualitibus primis alterari, generari, & corrumpi, idē quoq; scimus ex primis elementis omnium generabiliū substantiarū cōmunibus confectū esse. Ergo artem medicinæ cōponendo ab his primis, sicut & prima sunt, auspiciari oportet. Primo igitur propositus nobis liber est De elemētis: quæ ubi per qualitū alterationem cōmixta fuerint, statim inde pro certis alterationum gradibus certæ emergūt temperaturæ. congrue igitur subsequenti libri De temperaturis. Quoniā uero peractis hominum temperamentis proximi sunt humores (illa em̄ cōfestim uel sanguinis, uel alterius bilis, uel pituitæ dominiū, uel æqualitas omnium subsequit) proinde cōmodè libros substituimus, q̄ de humoribus potissime pertractant: nullos autē tales ex ijs, quæ Galeni exant, deprehendimus præter cōmentarios in Hippocratem De natura humana, & libellū qui inscribitur De melācholia. quāuis enim in lib. De natura humana uideatur propositū de elemētis agere, nihil tamē ibi magis, q̄ humores cōsiderātur, quos Hipp. corporis humani proxima elemēta esse uoluit. Cū uero in hoc libro tres

## DE ORDINE IN EDENDIS LEGENDISQUE

bro tres parui libelli etiã ante Galeni ætatem complicari conscribiq; consueuerint, primus De natura humana: secundus sine titulo quidẽ, sed qui ad Therapeuticen attineat: tertius de uictu sanorum: sintq; ij libelli subiecto longe dissimiles, quos neq; autor, ut Galenus ipse testatur, neq; posteriorum iudiciũ sed auaritia cõiunxit, alioqui longo interuallo separandos, Ego malui rei naturã, quã peruersam cõsuetudinẽ, imitari, ne à me propositus ordo cõfunderetur. Primũ igitur librũ De natura humana in hac sede statuendũ iudicauimus: reliquos duos suo quemq; loco inferius disponemus. Commistis elementis, peractis tẽperaturis, et humorum æqualitate uel excessu, statim emergunt temperamentorũ gradus, structuræ modus, bona uel mala habitudo. substituuntur igitur libelli, De optima corporis structura, De bona habitudo: & ita didicerimus, ex quib. primo, & quonã pacto corpus humanũ conflatur sit, quod primo nobis fuerat propositũ. Quoniã uero idem corpus partes habet, quot quales' ue sint illæ, perquiri oportet. At quædã earũ similes sunt, ut ossa, nerui, uenæ: quædã instrumentales, ut pes, manus, caput: instrumentales aut, cum ex similibus consistunt, cognosci nequeunt, nisi similes præcognoscantur. Ergo similiarium partium cõsideratio (nam & minus compositæ sunt) seriatim substituatur. Primus itaq; liber erit De ossibus ad introducendos, secundus De neruorũ sectione, tertius De uenarũ arteriarumq; dissectione: cui materiæ propinquitate subnectet quæstio contra Erasistratũ, An sanguis in arterijs contineatur. Deinde à similibus ad dissimilariã quoq; accedendo proxime sequetur liber De aggressib. anatomicis, cui suggeretur De uteri sectione libellus, & alius De instrumento odoratus. Omnium itaque membrorũ substantia & situ consideratis superest, ut usus quoq; declaretur: deinde singulorum actiones, quæ ad illũ usum diriguntur, quibus facultates necessario copulant. Ergo tria hæc ita disponentur, ut primo De usu partiũ, secundo de facultatibus animæ, tertio De functionibus pertractetur: atq; ita libri seriatim procedent, De usu partium libri xvij, De usu respirationis: cui continuitate materiæ subnectetur, De causis respirationis, De usu pulsum, De substantia facultatum animæ, De Dogmatibus Hippocratis & Platonis, De facultatibus naturalibus, De motibus musculorũ, De motu thoracis & pulmonis: quibus ultimo addetur. Quod animi mores corporis structurã sequantur. Quamuis aut speculatio de semine & de foetuũ formatione, tanquã de simplicibus, præcedere debuisset, nihilominus uidetur hic ordo docedi cõmodior, si cognita prius membrorũ natura, quæ ad generandũ excernendumq; semen sunt necessaria, & quæ foetũ suscipere formareq; possint, deinde ad seminis foetuumq; tractatum progredieremur. substituuntur igitur libri De semine, De foetuũ formatione, An omnes animalis partes fiant simul, An animal sit in utero. Cæterum corporis humani natura exquisite cognita, reliquum nobis est, qui medicinẽ artem cõstituiamus, uia rationemq; indagare, qua idẽ in sanitate seruemus: At hoc ipsum integre explet in sex libris, qui De tuenda sanitate inscribuntur: quia tamen ibi corpora alterari docentur ob uarias aeris qualitates, cibũ & potũ, somnũ & uigilias, inanitionem & repletionem, motũ & quietem, & ob animi affectus: atq; de motu quidẽ & quiete, somno & uigilia, inanitione & repletionem in eodem libro satis copiose explicetur: de aere aut, cibo & potu, & animi affectib. exempli potius gratia, quã ex proposito agat: ideo ne ad conseruandæ sanitatis artẽ, materiẽ, qua id efficitur, rudes accedamus, in hoc quoq; genere ita aciem instruximus, ut præcederet liber Hipp. De locis, aere, & aqua, quẽ Galenus De habitationibus, aquis, temporibus, & regionibus inscribi maluit: sperauitq; hæcenus me tibi sup eo diuina Galeni cõmentaria traditurũ, sed ab amico id pollicente frustratus sum: deinde reliqui, De alimentis, De cibis boni & mali succi, Cõmentaria in librũ Polybi de uictu sanorũ, De ptisana, De attenuante uictu, De exercitio paruẽ pilæ, De uitijs animi, et eorũ remedijs, De cõsuetudine liber ambiguus. Quib. tanquã sacris initiati tandẽ ad diuinã illã tuendẽ sanitatis Methodũ accedemus: cui subnectemus quæstionẽ, Ars tuendẽ sanitatis ad medicumne attineat, an ad gymnasticũ. quibus omnibus recte perspectis cõpotes erimus nõ tuendẽ tantũ sanitatis, sed etiã præseruandæ, si quãdo forte labare incipiat. Postremũ erat, ut formulã inueniremus, qua sanitatẽ iam deperditã reuocare possemus. Est aut deperdita sanitas cũ corporis functiones uitio aliquo intrinseco impediuntur: is affectus ægritudo appellatur: functionis læsio, symptoma uel accidẽs. Vtrumq; quã fieri potest exactissime, est pernoscendũ, si modò rectam medicatorem intẽdimus: pernoscemus, si causas eorũ omnes didicerimus: cum uerò cognitio nostra à sensibus oriatur, nõ possumus nisi signis quibusdã apparentib. ad illas causas penetrare: Signa aut cũ indicare rem possint, uel præteritã, uel præsentem, uel futurã, quæ præsentẽ & futurã indicat, medici maxime inquirũt, illaq; diagnostica, hæc prognostica græcè appellat. At, quantũ plurimis antiquorũ ægritudines penẽ innumerabiles uisæ sunt, & ppter ea memoratu difficillimæ, Galenus rei substantiã subtilissime diuidendo, numerũ nõ omnium tantũ ægritudinũ, sed symptomatũ quoque, sub certam methodum & rationis regulam duxit, ut uel mediocre ingenium discurrendo facile intelligeret neq; plura esse posse, neq; pauciora. hic igitur Sex illos diuinos libros, tanquã antesignanos, seriatim ponendos censui: quorũ primi de differentijs & causis morborũ agunt, postremi symptomatũ simili modo differentias & causas ostendũt: quamuis em̃ in curationib. per signa ad ægritudinũ notitiã perducamur, & hoc itinere signa morbis præcedat, ordo tamẽ doctrinẽ potulat, ut prius morborum numerũ substantiamq; noscamus, deinde ad signa differentias eorum

motio-

GALENI OPERIBVS SERVANDO.

motionesq; declarantia p̄grediamur. Subnectent̄ deinde libri De differentijs febr̄iū, De inequa-  
 li temperatura, De tabe, De comate, De tremore, cōuulsione, saltu, & rigore, De difficultate anhe-  
 litus, De plenitudine, De tumorib. præter naturā, De temporibus, quæ in morbo sunt, De totius  
 morbi temporibus, De typo, Aduersus eos, qui de typo scripserūt, uel de periodis, De causis pro-  
 catarcticis, De causis cōiunctis, si haberi potest, hæctenus enim desideratur. His ego Commenta-  
 ria in primū, tertiu, & sextum librū epidemiorū subnectenda iudicauī: maxima enim eius cōmen-  
 tationis pars dimissa curatione circa ægritudinū symptomatumq; historias & causas occupatur.  
 Sequitur ex ordine paulo ante propositō consideratio de signis, quorū inueniendorū methodus  
 pulcherrima traditur in sex libris De locis affectis: iure igitur proxime subnectentur: deinde seria-  
 tim quæcunq; ad signa tam diagnostica, quàm p̄gnostica attinere uidentur: utraq; enim in singu-  
 lis uoluminib. ita permista sunt, ut haud facile separari queant. sequent̄ igitur primò liber De pul-  
 sibus ad introducēdos: deinde libri, De pulsū differentijs, De dignotione, De causis, De præno-  
 tione: singulaq; harum speculationū quatuor priuatis libris explicantur, unde sedecim omnes ef-  
 ficiunt̄. deinde liber De urinis, qui licet Galeni non sit, haud importunè tamen sub hoc ordine sta-  
 tuitur. postea libri De crisi: quibus materiæ congruitate aliq̄ De diebus criticis supponentur. tum  
 Commentaria in libros Hippo. De prædictione, & Alia in libros eiusdem De prænotione. ulti-  
 mō libelli duo, alter De præuisione, quæ sit in somnis, alter De prænotiōe inscriptus. Superest po-  
 strema, quæ in arte medica pars maxima habet̄, facultas, inquam, curandarū ægritudinū. Utitur  
 hæc tribus potissimū instrumentis, Diæta, Pharmacia, Chirurgia. Modi omnes, quib. recte ijs tri-  
 bus utamur instrumentis, in Therapeuticis libris doct̄issimè diffusissimèq; explicantur. Trium igitur  
 instrumentorū notitiā nobis prius cōparanda est, anteq; ad utendī modū accedamus. Ac De  
 diæta quidem (dico quo ad eius materiam) copiosissimè disputatum est in his omnib. libris, qui  
 ad tuendā sanitatem attinent: usus uero eiusdē morbis accōmodatus in Therapeuticis explicabi-  
 tur. Spectant etiā ad Therapeuticos libros Cōmentaria in Hippo. de diæta in morbis acutis, cum  
 ibi utendī methodus, & curationes tradantur. Circa pharmaciam occurrunt primo libri xi. aurei  
 De simplici medicina: quorum quinq; priores nōnulli hinc separandos putarunt, & libris de tem-  
 peraturis proxime subnectendos: ego tamen nolui corpus ita ab ipso autore cōpositū membra-  
 tim discernere, cum præsertim, quæ ibi considerantur, huic loco non temerè accōmodari possint.  
 His ritè supponet̄ libellus De facultate purgantū medicinarū. Postea reliqua uolumina, in quib.  
 cōposita ex simplicibus medicamenta explicantur, seriatim substituētur, De theriaca ad Pisonē,  
 De theriaca ad Pamphiliānū, de antidotis: quibus satius est duos magnos libros subnectere, alte-  
 rum De cōpositione medicinarū secundum loca, alterum De compositione medicinarum secun-  
 dum genera: licet enim in utroq; multa tradantur, quæ ad Therapeuticam spectare uideantur, po-  
 tissima tamen eorum pars in recensendis æstimandisq; cōpositis medicamentis occupatur. Circa  
 Chirurgiam nihil extat aliud præter libellum De hirudinibus, reuulsione, & cucurbitulis, & tres  
 De uenæ sectione libri, primus contra Erasistratum, secundus cōtra Erasistrateos Romæ degen-  
 tes, tertius qui inscribitur Methodus de uenæ sectione, qui posset etiam inter Therapeuticos nu-  
 merari: nam, quæ in Chirurgia ad curandī artem, & Therapeuticā methodū attinet, inferius loca-  
 buntur. His omnibus recte cognitis unū iam ad integrā totius artis peritiā supererat. ubi enim  
 corporis humani naturā exacte nouerimus, quibusq; reb. seruetur, aut læditur, curq; & quot mo-  
 dis in cōtrariā sanitati dispositionē labatur, quibusq; notis singula quæq; nocumenta, nō præsen-  
 tia tantū, sed futura quoq; deprehenduntur, quæ deniq; qualiaq; sint instrumenta, quib. sanitatem  
 uel seruare, uel reparare possimus, profectō id unū reliquū erit, ut uiam rationemq; inueniamus,  
 qua paratis instrumentis, ubi opus fuerit, prudentissimè & commodissimè utamur: eam autē Ga-  
 lenus in quatuordecim libris Methodi Therapeuticæ, non tantū copiosissimè explicuit, sed etiam  
 primus excogitauit: ut prorsus sit admirandū eundē hominem simul & artem inuenisse, & absolu-  
 tissimam reliquisse. Methodum hanc magnam parua sequetur ad Glauconē inscripta, in qua per  
 compendia traduntur, quæcunq; in maiori sunt demonstrata: postea libellus inscriptus, Quos &  
 quando purgare oporteat, deinde Cōmentaria in libros Hippo. de ratione uictus in morbis acu-  
 tis, quibus subnectemus duos De remedijs facile parandis tractatus: quorū alter sine inscriptione  
 & principio, cum ad Galeni doctrinam phrasimq; loquendi proxime accedat, pro legitimo reci-  
 pi potest: alter, qui ad Solonem inscribit̄, me iudice spurius est: cum in eo tamē q̄ plurima lectio-  
 ne digna obseruentur, non reiiciendum putauī. his subiungitur Consiliū pro puero epileptico,  
 & alius libellus De incantatione & amuletis. Sunt aliq̄ duo libri apud Græcos, qui Galeno adscri-  
 bunt̄, alter De oculis, alter De renū affectibus: in quorū utroq; non ea tantū, quæ ad curationē at-  
 tinent, sed etiā quæcunq; cōsiderari in sua cuiusq; materia solēt, diffuse explicantur: horū ego neu-  
 trū Galeni esse puto. & quāuis librū De curatione oculorū à se scriptū quarto decimo Therapeuti-  
 cæ methodi Galenus affirmet, nō is tamē ordo doct̄inæ, aut ea dicēdi phras̄is in hoc ipso, qui ex-  
 tat agnoscit̄, ut p̄pterea sit ne Galeni, aliqua mihi suspiciō suboriat̄: utrosq; tamē reliquis p̄ximè  
 positis subnectēdos iudicauī, cū inde nihilō peior doct̄ina futura sit. His subiungi potest tertius  
 liber De natura humana, cuius supra mētionē fecimus. Super sunt tres aliq̄ tractatus Therapeutici  
 ad chi-

DE ORD. IN LEGEN. GAL. OPERIB. SERVAN.

ad chirurgicā partē attinētes, quorū Vnus κατ' ἐπισημῶν inscriptus p̄ introducēdis est, ut Galenus affirmat, Secūdus de fracturis, Tertius de articulis: omnes cū copiosissimis utilissimisq; Galeni cōmentationibus. Atq; hic iā librorū omniū Galeni, qui hoc æuo in medica arte extāt, præter Isagogicos finis statuēdus esset, nisi Aphorismi superessent: qui cū nōnullis placere uideā, ut potius inter Isagogicos cōnumerētur, q̄ illi rudia tironū ingenia suis breuissimè collectis sententijs preparare, & tanquā dedolare possint, ego cōtra opinor tironū animos tam cōcisis, tā altè petitis, tamq; intellectu difficilib. monumētis uel frustrari, uel desperare, uel cōfundi. Frustratur, q̄ pfatorū causas ignorantes dictata, tanq; pica, ediscunt: Desperant, qui in causis indagandis, ob tirocinium deficiunt: Confunduntur, qui pertinaciter scrutantur, quod ob ruditatē assequi nequeunt. uix enim aliquē inueniri posse arbitror tam diuini ingenij, tamq; altæ indolis adolescentem, qui adhuc in primo medicæ artis limine cōstitutus assequatur ea, quæ in intimis penetralib. longa demonstratione conclusa sunt. Licetq; Galenus in cōmento causas earum sententiarū plerunq; assignet, id tamen concise admodū facit, semperq; ad alios libros lectorē mittit, ubi priuatim res, de qua ambigitur, demonstratur: ut necesse sit eos libros prælegisse, qui Hippo. Galeniq; mentē rectè assequi uoluerit. At, qui prius præmissō ordine libros Galeni perlegerit, omnia deinceps in Aphorismis tradita facile intelliget, & intellecta facillimè ediscet, summaq; uoluptate, quæ alibi immēso labore didicerit, uno intuitu memoria recolet, & tanquā abeuntia reuocabit. Ergo Aphorismi postrema acie, tanquā triarij milites locabuntur. Quib. ultimo loco addeť disputatio cōtra Lycū, Quod nihil delinquit ab Hippoc. in aphorismo, cuius initiū, Qui crescunt. Sunt uero et alij quidam libri partim ex Arabia, partim ex Græcia delati nō spurij tantū, sed etiam magna ex parte superuacui: quantū in eis uel nihil tractatur, quod ad artē medicā spectet: uel, si tractat, totū illud à legitimis libris decerptū est, ut ibi frustra repetatur, quod alibi copiose explicatū meminimus: ne tamen et illos (uarij enim gustus hominū sunt) omissos aliqui conquerant, uoluimus eos omnes separatim in unū corpus colligere, ut scirent, qui id curæ haberent, & facile inuenire, quod quærent, & inuentū simul cognoscere, nō esse inter Galeni monumenta cōnumerandum. Eo igitur ordine, qui inde haberi potest, ita statuentur, De historia philosophorū, Mathematica, De partib. artis medicinæ, De dynamidijs (credo ποδὶ τῶν δυνάμεων inscribi oportere) De spermate liber unus, De natura & ordine cuiusq; corporis, Anatomia parua, De cōpagine membrorū, De uoce & anhelitu, De iuuamentis membrorū, De motib. liquidis, De dissolutiōe cōtinua, De bonitate aquæ, De uinis, De simplicib. medicinis ad Paternianū, De uirib. centaureæ, De cathartics, De mulierū morbis, Liber secretorū, De experimentis, Curatio melancholiæ Aetiĳ ex Rufo, De curatione Ictericæ, De curatione lapidis. Necq; hic ego necessariū puto rationē reddendā esse, cur statim in principio totius operis Isagogicos libros extra ordinē Methodi collocauerim, haud enim ab re sit, ut in magna arte præcedant quædā, ueluti præludia, & ut Græci loquuntur, progymnasmata, in quib. primo tirones exercentur, ne, si ad altiora documenta omnino rudes accesserint, ingenij calor elidatur, ac, tanquā nimio alimento, suffocentur. Eos tamen Isagogicos tantūm libros reliquis omnibus præposuimus, qui ad totā artē introducunt: sicut, qui soli parti attinent, primos in ea parte statuimus: ueluti in anatomicis libellis, de ossibus, de neruis arteriarumq; sectione prima sede locauimus: in materia de pulsibus introductorij prætulimus, cuius commentationes in tertio de causis pulsuum explicantur. Cum enim introductorij libri (ut Galenus affirmat) adolescentibus propterea scribantur, ut dimissa altiori speculatione tantisper empirice exercentur, donec exercitatis dubitationes suboriantur, atque inde ad causas indagandas excitentur, præstabat, opinor, medicis futuris Isagogica, quæ ad totam artē spectant, proponenda, qualis maxime Ars parua est. Vbi uero iam ad partes artis difficiliōres accessissent, in ijs quoq; partibus Isagogica præferre, in quibus simili modo exerceri possint. docetq; id maxime Galenus in Anatomicis, ubi prius adolescentes in ossium sectione exercendos admonet, deinde ad secretiora eius partis penetralia proficisci. Illud quoq; aduertendum, me inter Isagogica quædam connumerasse, quæ nihil quidē ad artē spectant, sunt tamen scitu non inutilia: cum alioqui cōmodiorem locum non haberem, ubi illa inculcarem, quæ nullo pacto præteriri debebant. Sunt præterea, quæ Galeni quidem non esse scimus, sicut liber est, qui introductio ad medicinam inscribitur: ea tamē rei cōmoditate persuaasi, minime reijciēda iudicauimus. Ante igitur libros omnes seriatim locatos Introductorij hoc modo extra aciem disponentur, Oratio suasoria ab bonas artes, quæ non ad Galenum nostrū Niconis architecti, sed alium Menodoti filium refertur: Quod idem sit optimus medicus & philosophus, De sophismatibus in dictione contingentibus, Quod qualitates sint incorporeæ, De libris proprijs, De ordine librorum suorum, De sectis, De optima secta, De optima doctrina, Subfiguratio empirica, De constitutione artis medendi, Medicæ diffinitiones, Introductorius medicorum, Quomodo morbum simulantes sint deprehendendi, Ars parua. Atq; ita, quæcunque nostra ætate Galeni uel legitima, uel attributa reperiuntur, hoc ordine legenda arbitramur.

F I N I S.

INDEX

# INDEX OMNIUM GAL- LENI LIBRORVM, QVI IN HOC OPERE CONTINENTVR.

## ISAGOGICI LIBRI▶

- C**L. Galeni Oratio suaforia ad artes, à Ludouico Belifario medico Mutinensi latinitate donata. 3
- Siquis optimus medicus est, eundem esse philosophum liber, eodem interprete. 11
- De sophismatis in uerbo contingentibus liber, ab Horatio Limano translatus. 13
- Quòd qualitates in corpore ã sint, eodem interprete, diligentius emendatus. 16
- De proprijs libris, à Ioanne Fichardo Francofordiano aliàs latinitate donatus, nuper uerò recognitus. 20
- De ordine librorum suorum ab eodem latinus olim factus, nuper recognitus. 28
- De sectis ad eos qui introducuntur, à Ludouico Belifario in latinum sermonem conuersus, nuper uerò recognitus. 30
- De optima secta liber, Iunio Pau. Cras. Patauino interprete, ex tertia eiusdem recognitione. 38
- De optimo docendi genere, Des. Erasmo Roterodamo interprete. 59
- De subfiguratione empirica incerto interprete. 61
- Fragmentum quoddam exiguum, quod Galeno ascribitur, cuius titulus est, Sermo aduersus Empiricos medicos, Augustino Gadaldino Mutinensi medico interprete. 69
- De constitutione artis medicæ liber, à Bartholomæo Syluano translatus. 71
- Definitiones medicæ, qui liber ab eodem fuit traductus, atq; ex codicũ ueterum collatione plurimis in locis auctus, denuo uero uetustis cod. græcis collatis, accuratius recognitus. 89
- Introductio seu Medicus, hic liber à Ioãne Andernaco latinus olim factus est, nuper autem ex græci exemplaris collatiõe plerisq; in locis expurgatus. 100
- Quomodo morbum simulantes sint deprehendendi, Ioanne Fichardo Francofordiano interprete, ab eodem nuper recognitus. 121
- Ars medicinalis, Nicolao Leoniceno interprete, ad græcorum ueterum exemplariũ fidem ab Augustino Gadaldino diligenter recognita. 122
- De temperamentis libri tres, Thoma Linacro Anglo interprete. 19
- In primum Hippocratis librum De natura humana commentarius, à Nicolao Macchello Mutinensi medico translatus, & ab eodem diligenter recognitus. 50
- De atra bile liber, Bartholomæo Syluano Salonensi interprete. 67
- De optima corporis cõstitutione liber, Ferdinando Balamio Siculo interprete, ad græcorum exemplarium fidem castigatus. 57
- De bona habitudine liber, Ferdinando Balamio interprete, recognitus. 77
- De ossib. liber, Ferdinando Balamio interprete, ad fidem græcorum codicũ recogn. 78
- De musculorum dissectione liber, in impressis codicibus græcis hucusq; desideratus, ab Augustino Gadaldino latinitate donatus. 87
- De neruorum dissectione liber integer, ab eodem Augustino Gadaldino translatus. liber hic mutilus græcè impressus est. 104
- De uenarũ arteriarumq; dissectione liber, ab Antonio Fortolo Ioseriensi latinitate donatus, & post Andree Vesalij Bruxellensis & aliorũ castigationẽ, aliquot in locis castigat. 109
- An sanguis in arterijs natura contineatur liber, à Iul. Martiano Rota conuersus. 118
- De anatomicis administrationibus libri nouẽ, ab Iohãne Andernaco olim latinitate donati, & post diligentissimas Andree Vesalij Bruxellensis, & aliorum quoq; castigationes ad græcorum exemplarium fidem aliquibus in locis correcti. 125
- De uocaliũ instrumentorũ dissectione fragmentum, ab Augustino Gadaldino trãslatũ, græcè desideratur in impressis codicibus. 211
- De uulvæ dissectione liber, ab Iohanne Bernardo Feliciano translatus. 215
- De instrumẽto odoratus liber, Ludouico Belifario medico Mutinensi interp. recogn. 219
- De usu partium libri x vii. Nicolao Rhegino Calabro interprete, denuo ab Augustino Gadaldino plerisq; in locis emendati. 224
- De utilitate respirationis liber, Iano Cornario medico interprete. 446
- De causis respirationis libellus, ex duobus fortasse, quos Galenus cõposuit, excerptus, eodem Iano Cornario interprete. 453
- De usu pulsuũ, Thoma Linacro interprete. 454
- De substantia facultatum naturalium fragmentũ, Bartholomæo Syluano interprete. 460
- Breuis denotatio dogmatũ Hippocratis ex sermone x c i x. Iohãnis Stobæi, Cõrado Gesnero Tigurino medico interprete. 462
- De Hippocratis & Platonis decretis libri nouem,

## PRIMA CLASSIS▶

**C**L. Galeni De elementis secundum Hippocratem libri duo, Nicolao Leoniceno Vicentino interprete, aliquibus in locis emendati. 3

## INDEX OMNIUM

- uem, Iohāne Bernardo Feliciano interp. 463  
 Fragmentū ex quatuor cōmentarijs, quos Galenus inscripserat, De ijs quæ medicè dicta sunt in Plat. Timeo, ab Aug. Gadal. translatum. græce in impressis cod. desideratur. 374  
 De naturalibus facultatibus libri tres, Thoma Linacro interprete. 582  
 De motu musculorum libri duo, Nicolao Leonicensi interprete. 619  
 De motu thoracis et pulmonis, fragmentū fortasse eorū trium librorū, quos Gal. de hac re cōposuit. quod in antiquis tantū translationibus legitur: nam græce non habetur. 636  
 Quod animi mores corporis temperaturā sequantur, liber, Bartholomæo Syluano interprete. 363  
 De foetuum formatione liber, Iohanne Bernardo Feliciano interprete. 646  
 An omnes particula animalis, qd' in utero est, fiat simul, Nicolao Rhegino interprete. græcum exemplar non habetur. 655  
 An animal sit id, quod in utero est, Horatio Limano interprete. 656  
 De semine libri duo, ab Iohanne Bernardo Feliciano interpretati. 660  
 De sept. mestrī partu, eodem Iohanne Bernardo interprete. 684

### SECUNDA CLASSIS

- H**ippocratis De Aere, Aquis, & Locis lib. Iano Cornario interprete, ad græcorum exemplariū fidem ab Hieronymo Donzellino medico Brixienſi summa diligentia recognitus. 3  
 Galeni de alimentorum facultatibus libri tres, Martino Gregorio interprete, ad exemplariū græcorū fidē denuo diligentius emēdati. 12  
 De succorum bonitate & uitio liber, à Iulio Alexandrino medico Tridentino trāslatus. 66  
 In librum De salubri diætā Cōmentarius, Hermano Cruserio Campēſi interprete, diligentissime ad græcorum exemplarium fidem castigatus. 78  
 De attenuante diætā liber, Martino Gregorio interprete. 86  
 De pituitana liber, ab Hieronymo Donzellino in latinum uersus. 92  
 De parua pilæ exercitio liber, Valerio Centanio Vicentino interprete. 96  
 De cognoscēdis curādīsq; animi morbis, quas perturbationes latini appellāt, liber, Bernardino Donato Veronensi interprete. 99  
 De cuiusq; animi peccatorū notitia atq; medela libellus, à Iunio Paulo Crasso Patauino trāsl. & ab eodem nuper diligēter recognitus. 111  
 De consuetudine liber, Nicolao Rhegio interprete, nuper ex ueteri exemplari græco emēdatus, & plurimum auctus 119  
 De sanitate tuenda libri sex, Thoma Linacro Anglo interprete, ad antiquorum exemplarium græcorum fidem ab Hieronymo Don-

- zellino recogniti. 124  
 Ars tuendæ sanitatis, num ad medicinalem artem spectet, an ad exercitatoriam, ad Thrasymbulum liber, à Iunio Paulo Crasso Patauino conuersus ab eodem nuper diligentissime recognitus. 205

### TERTIA CLASSIS

- G**aleni De differentijs & causis morborū symptomatumq; libri sex: quorū duo priores à Nicolao Leonicensi, quatuor posteriores à Thoma Linacro olim sunt uersi, & nuper ab Augustino Gadaldino, ad græcorum exemplarium fidem plerisq; in locis emendati. pag. 3  
 De differentijs febrīū libri duo, Nic. Leonicensi interprete, nuper diligentius recogniti. 61  
 De inequali intemperie liber, Thoma Linacro interprete. 87  
 De marasmo seu marcore liber, Augustino Gadaldino interprete. 91  
 De comate secundum Hippocratis sententiā commentariolus, per Dominicum Montesaurum medicum Veronensem ex græco exemplari & antiqua uersione restitutus. 98  
 De palpitatione, tremore, rigore, & conuulsione liber, Iohan. Guinterio Andernaco interprete, aliquot in locis castigatus. 103  
 De difficultate respiratiōis libri tres, Iano Cornario interprete ab Augustino Gadaldino ex collatione græcorum codicum plerisque in locis correcti. 114  
 De plenitudine lib. à Bartholomæo Syluano cōuersus, & ad uetustissimi cod. græci fidem quibusdam in locis restitutus. 153  
 De tumoribus præter naturam liber, ab Horatio Limano conuersus. 166  
 De morborum temporibus liber, Iohanne Andernaco interprete, aliquibus in locis emendatus. 171  
 De totius morbi temporibus liber, eodem interprete, aliquot in locis correctus. 177  
 De typis liber, ab August. Gadaldino antiquorum exemplarium græcorū & ueteris translationis ope, translatus. 182  
 Ad eos qui de typis scripserūt uel de circuitib. liber, Iohanne Andernaco interprete 148  
 De causis procatartēticis liber, Nic. Rhegio Calabro interprete. græcè desideratur. 191  
 In primū Hippoc. de morbis uulgarib. librum comment. tres, Hermano Cruserio Campēſi interprete, plerisq; in locis nuper diligentius castigati. Principiū à Nicolao Macchello medico Mutinensi latinitate est donatum. 202  
 In tertium Hippoc. librū De morbis uulgarib. commentarij tres, eodem Cruserio interprete, pridem ad fidem antiquissimorum codicum græcorum diligentius recogniti. 247  
 In sextum Hippoc. librū De morbis uulgarib. cōmentarij sex, Iun. Paulo Crasso Patauino interprete, ex tertia eiusdē recognitiōe. 297